

DOS NUEVOS DOCUMENTOS LULIANOS DEL SIGLO XIV

1. — EL REY JAIME II SUPLICA AL P. GUARDIÁN DE LOS FRAILES MENORES DE CERVERA QUE HAGA PRESENTARSE ANTE LA CORTE A FRAY SIMÓN DE PUIGCERDÁ (Barcelona, 20 septiembre 1315)

Jacobus etc. Religioso viro Guardiano conventus fratrum minorum Cervarie etc.: Nuper scripsimus Guardiano ordinis vestri Ilerde ut mitteret ad nos ex quibusdam causis religiosum fratrem Simonem de Podioceritano quem audiveramus esse conventualem in conventu Ilerde. Ipse vero Guardianus rescripsit nobis dictum fratrem Simonem non esse conventualem in Ilerda set in Cervaria, et quod significavit Custodi suo, qui erat in Montealbo, ut faceret adire ante presenciam nostram fratrem Simonem prelibatum. Cum nec adhuc frater ipse ad nos non veniret ipsumque necessarium habeamus, volumus et vos rogamus ut ipsum ffratrem Simonem ad nostram presenciam, mora postposita, transmittatis facturum quod sibi duxerimus iniungendum. Datum Barchinone .xii. kalendas octobris anno Dni. .M^o.ccc^o.xv^o.

Bernardus de Aversone, mandato regis.

(A. G. C. A. 242, fol. 240).

Por la carta real —aquí aludida— al Guardián de Lérida (Finke, II, 900) sabemos que el Maestro Ramón Llull escribía al monarca para que ordenase a Fray Simón de Puigcerdá pasara a Túnez y traducirle al latín varios opúsculos redactados en catalán, entre ellos el *Ars Consilii*, terminado en julio de 1315.

2. — EL REY JAIME II ESCRIBE A FRAY BERNARDO DE DÉU, VICARIO Y LECTOR DE LOS FRAILES MENORES DE CERVERA, ACERCA DEL ASUNTO DE FRAY SIMÓN DE PUIGCERDÁ (Barcelona, 3 octubre 1315)

Jacobus etc. Religioso ffratri Bernardo de Deo, lectori conventus ffratrum minorum Cervarie, tenenti locum Guardiani in eodem, salu-

tem etc.: Recepta littera vestra respondente ad illam quam misseramus dicto Guardiano super mittendo ad nos ffratrem Simonem de Podioceritano, et intellectis que continebantur in ea, vobis rescribimus nos memoratum fratrem Simonem necessarium habere pro quibusdam negociis Dei servicium respicientibus, et ideo misimus pro eodem. Set quia dicitis quod protinus cum venerit de Podioceritano ubi est, eum ad nos transmittetis si sui Minister generalis vel provincialis eundi licenciam habuerit, quia alias auctoritatem mittendi eum non habetis et quod super hoc nos scriberemus Provinciali Ministro vel certificarem vos si iam habemus licenciam super eo, respondemus vobis nos obtinuisse iam a venerabili ffratre Alexandro, ordinis ffratrum minorum olim Generali Ministro, cum speciali scripto suo ut de Aragonie seu quacumque alia ordinis sui in qua nos adesse contigerit provincia duos vel plures fratres suos sumere illosque ad quascumque partes voluerimus pro nostre voluntatis ac regni nostri procurandis negociis transmittere valeamus prout hoc plenius continet dictum scriptum de quo ad plenam certificationem vestram vobis copiam mitimus presentibus interclusam. Igitur vos requirimus et rogamus quatenus memoratum fratrem Simonem quamcuius ad conventum vestrum redierit ad nostram presenciam quocumque fuerimus transmittatis facturum quod sibi duxerimus iniungendum. Datum Barchinone .v. nonas octobris anno Domini .M^o.ccc^o.xv^o.

Bernardus de Aversone, mandato regis.

(A. G. C. A. 242, f. 246v).

Responde el rey a una carta —extraviada— de Fray Bernardo de Déu, en la cual aquél le notificaba que Fray Simón de Puigcerdá se hallaba entonces en su villa natal, y que, a su regreso, lo haría presentar ante la Corte; siempre que el mismo monarca gestionase la obediencia conveniente del P. Provincial o bien manifestase tener facultad para movilizar algunos religiosos al servicio real. El rey certifica, y le manda copia, de gozar de este privilegio. La obediencia tenía que firmarla el Provincial Fray Ortiz, ausente entonces de la ciudad. Resueltos todos los trámites, Fray Simón de Puigcerdá no debió realizar su viaje a Túnez hasta a mediados de noviembre. ¿Asistiría Fray Simón al Maestro Ramón Llull en los últimos momentos de su vida?

FRAY ANDRÉS DE PALMA DE MALLORCA, O. F. M. CAP.
Barcelona